Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Egressi venerunt de phyahyroth que re
spicit beelsephon. et castra metati sunt
ante magdalum. Profectique de phyahyroth.
transierunt per medium mare in soli
tudinem. et ambulantes tribus diebus per
desertum ethan: castra metati sunt
in mara. Profectique de mara venerunt
in helym: ubi erant. xii. fontes aquarum.
et lxx. palme. ibique castra metati sunt.
Sed et inde egressi. fixerunt tentoria super
mare rubrum. Profectique de mari rubro.
castra metati sunt in deserto syn. Unde
egressi. venerunt in dephata. Profectique
de depheta. castra metati sunt in hal
us. Egressi de halus raphydim fixere
tentoria: ubi aqua populo defuit ad
bibendum. Profectique de raphydim. ca
stra metati sunt in deserto synai.
Sed et de solitudine synai egressi. vene
runt ad sepulchra concupiscentie.
Profectique de sepulchris concupiscentie
castra metati sunt in asseroth. Et de
asseroth venerunt in rethma. Profecti
que de rethma. castra metati sunt in
remmonphares. Unde egressi. venerunt
in lempna. Et de lempna castra metati
sunt in rethsa. Egressi venerunt in ce (margin: de rethsa)
latha. Unde profecti. castra metati sunt
in monte sepher. Egressi de monte sepher.
venerunt in arada. Inde proficiscentes.
castra metati sunt in maceloth. Pro
fectique de maceloth venerunt in caath.
De caath castra metati sunt in thare.
Unde egressi. fixere tentoria in metha.
Et de metha castra metati sunt in es
mona. Profectique de esmona. venerunt
in moseroth. Et de moseroth castra
metati sunt in beneiachan. Egressi
que de beneiachan. venerunt in monte
galgad. Unde profecti. castra metati
sunt in gebbatha. Et de gabbatha ve
nerunt in ebrona. Egressique de ebro
na. venerunt in asyongaber. Inde
profecti. venerunt in desertum syn. hec
est cades. Egressique de cades. castra me
tati sunt in monte hor. in extremis fi
nibus terre edom. Ascenditque aaron sacer
dos in montem hor iubente domino:
et ibi mortuus est anno xl^mo egres
sionis filiorum israel ex egypto. mense
v^to prima die mensis. cum esset annorum
c. xx. trium. Audivitque chananeus
rex arad. qui habitabat ad meridiem
in terra chanaan. venisse filios israel.
Et profecti de monte hor. castra meta
ti sunt in salmona. Inde egressi. ve
nerunt in phynon. Profectique de phy
non. castra metati sunt in oboth.
Et de oboth venerunt in ieabarim.
que est in finibus moabitarum. Profecti
que de ieabarim. fixere tentoria in di
bongad. Et inde egressi. castra meta
ti sunt in elmon deblathaim. Egres
sique de elmon deblathaim. venerunt
ad montes abarim contra nabo. Pro
fectique de montibus abarim. transierunt
ad campestria moab super iorda
nem. contra iericho. ibique castra me
tati sunt. de bethsimon usque belsa
thim. in planioribus locis. moabitarum.
ubi dominus locutus est ad moysen. XXXIII
Precipe filiis israhel et dic ad eos. (margin: Alii hic capitulum inferunt. Locutusque est dominus ad moysen precipe etc.)
Quando transieritis iordanem intran
tes terram chanaan: disperdite cunc
tos habitatores regionis illius. Con
fringite titulos. et statuas comminu
ite. atque omnia excelsa vastate: mun
dantes terram. et omnes habitantes in
ea. Ego enim dedi vobis illam in pos
sessionem: quam dividetis vobis
sorte. Pluribus dabitis latiorem: et
paucioribus angustiorem. Singulis ut
sors ceciderit. ita tribuetur hereditas.
Per tribus et familias possessio dividetur.
Si autem nolueritis interficere habitatores
terre: qui remanserint erunt vobis quasi
clavi in oculis. et lancee in lateribus.
et adversabuntur vobis in terra habitati
onis vestre. et quecumque illis facere cogitavi
am. vobis faciam. Locutusque est dominus (margin: Hic quidam hunt capitulum)